



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Quib. dari de[be]at hoc sacramentu[m]. c. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De sacramento extreme unctionis.

108

tur, nisi obex ponatur: et ex sequenti, gloria. **S**extus est interior letitia, et robur contra demonis insidias, quae potissimum tunc insunt. **S**eptimus arctatio diabolice potestatis, quae non est ita potens sumpto sacramento. **O**ctavus est protestatio decedentis, quod permanferit in fide militantis ecclesie, ex qua vadit ad ecclesiam triuphantem: tandem miles, qui fideliter pugnat.

Conibus dari debet hoc sacramentum. **L**ap. 6.

Hoc sacramentum dari debet solis infirmis adultis et penitentibus, qui sunt infirmi in periculo mortis: et illis, qui instanter petunt illud et petierunt, licet tunc nihil intelligent post mortis anxietatem, vel phrenesim, vel aliud accidentem: pueris autem, ac euntibus ad pugnam, aut alio modo in periculo casuali mortis positis, ac et ad mortem damnatis non datur.

Conibus corporis partibus debet dari hoc sacramentum. **L**ap. 7.

Dandum est autem hoc sacrum in illis corporis partibus, et locis, per quae morbus in animam intravit. Et quia quinque sensus sunt illi, per quos potissimum homo peccat: ideo in illis locis dandum est. **E**x concil. Floren. predicto. Hoc sacrum infirmo, de cuius morte timetur, dari debet. Qui vngendus est in oculis propter visum: in auribus propter auditum: in naribus propter odoratum: in ore propter gustum, vel locutionem: in manibus propter tactum: in pedibus propter gressum: in renibus propter delectationem ibidem videntem. Hec ibi mulieribus non vnguntur renes propter honestatem. Et si quis non haberet oculos, vel nasum, vel alia membra, inungantur loca magis propinquaque dictis sensibus, vel locis, qui inungi deberent. Inunguntur et renes: quia in eis intentuum libidinis consistit. Ideo saluator noster **I**uc. 12. dicit: Sunt lumbi vestri precincti, etc. Non debent autem scapulae inungi, quia vincere fuerunt in baptismo. Nec manus presbyteri vngende sunt interius, sed exterius: quod prius ab episcopo interius inungere fuerunt in ordinatione sacerdotij. Et si talis infirmus laborat in extremis cito inungat, ne inunctus decedat. **d. s. ca. d. ap.**

Can hoc sacramentum possit reiterari. **L**ap. 8.

Potest autem reiterari hoc sacrum toties, quoties infirmus morti appropinquare videt. Sed in eadem infirmitate, si facit longa, et tunet de periculo mortis, poterit reiterari seper.

D 4 **S**i